do recuperem; existimo enim me ad literas excolendas non plane fore ineptum, si spes aulicas, fastum et ambitionem exoneravero. Scribis et vehementer jactas, quod libertate adhuc tua gaudeas et puellas omnes, ipsas hunc generis Sirenes ab ao et lecto fortiter expulses. Enim vero hoc velim sciás; animum istum tuum mihi vehementer probari. Me quoq ab aliquo tempore similis invasit torpor, et multo adio adversus neyssimum genus armavit. Vereor tamen ne aliquando amor dignitatem suam et injuriam vindicet. Puto etiam, te multu de duritie atq gravitate remissurum si Helvetica Sirenes paullo concinnius fistulam urbanam inflaverint. Videris enim non planè odisse sexum ipsum segorem dum eas osculo invadere voluisti. Ego quidem veras semper amavi puellas, et illam gratam castisq animi consentaneam morum insiciitatem laudavi; possem quoq ad veteres revolvi ad mores si in Helvetia essem. Sed de hisce satis nugatum. Tu me ama, Amicissime Khoni, et feliciter Vale HB. MDCLXVII 26 Julii.

Joh. Henrico Heideggero S. Theol. Doctori et Prof: 382

Anxius scribendi et benevolentia tua securus, non satisfeci pietati, quam tibi debeo. Testis tamen erit conscientia mea, me et candidissimo amore coluisse te, et multa semper recordatione observâsse. Nec enim patiuntur tua merita, quae in me amplissima esse voluisti, ut tui unquam oblivio me capiat. Literas tuas jam diu accepi et ad os animumq oppressi; etiam salutem amicis renunciavi; quam illis adscribi jusseras. Ex Westphalia, quod volebas, nihil novi affero, nisi quod Martii illius Christi furor paullulum detumescat. Nuper rursus militem conscripsit et Sacramento adegit pubem Westphalia; incertum tamen est ubi tribas novanq tempestate

ſit exercitatus. Reinfurtum invaſit peſtilentia et plurimos abſumpſit; graſſatur eadem per ... naſſoviensem provinciam, stragemque ingentem novi militis facit. Illud etiam incerto rumore sparsum fuit, Comitem Reinfurtensem gravi morbo implicitum esse; sed ut heri ab Teclaburgensi Comite audivi, meliuscule coepit habere. Plura non scribo, quia Cl. Fabricius ad vos venit, quem una tecum rectissime valere jubeo. H. a. MDCLX...

383. Georgio Sohnio, Pastori verbi Divini apud Brabantos Avunculo suo.

Etsi vehementer sim impatiens quod post ternas meas literas nullam abs te epistolam perferat; tamen mihi non tam molestum fuit, operam omnem eludi quam pietatem meam abs te non cognosci. Perscripsi ultimis literis obitum sororis tuae Elisabethae, quam nuper pestilentia lues abstulit. Non possum exprimere, quam me optimae et ornatissimae foeminae obitus afflixerit; me enim et magna benevolentia complectebatur, et tanquam filium unice diligebat. Postquam fatis functa est concidit simul et exspiravit omnis familiaritas, quam ejus marito perseverare debebat. Fecit ille uxori exequias, et aliquot Heidelbergensibus civibus domesticum fatum commendavit, ad me nullas dedit literas, nec in hunc usque diem, licet ultro illum officiis prosequar mihi gratiam reddit. Credo, hominem vereri, ne ad haereditatem materterae aspirem; transit quippe ad secundas nuptias, quas cum rustica puella ... celebrabit. Caeterum paucos ante dies intelleximus Hottingeri insperabile fatum, et magno moerore concussi sumus, quod fortasse etiam animum tuum percellet, quum magna tibi cum isto viro familiaritas fuerit. Periit in fluvio, qui Tigurinam

urbem